



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tertia Seraphica Vinea, Sive Tertius Ordo De Poenitentia  
à S.P.N. Francisco institutus**

**Pauck, Engelbert**

**Coloniae, 1720**

Protestatio Auctoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64103)



## Protestatio Auctoris.



Um Sanctissimus Dominus noster Urbanus Papa VIII. die 13. Martii 1625. in Sacra Congregatione S. Rituum, & universalis inquisitionis, Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum (qui sanctitate, seu Martyrii famâ celebres è vita migrarunt) gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcunque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione atque approbatione Ordinarii; & quæ hæctenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem Sanctissimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit; ut nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt super personam; bene tamen ea, quæ cadunt super mores, & opinionem, cum protestatione in principio: quòd in iis nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes auctorem. Hinc decreto, ejusque confirmationi, & declarationi, observantiâ, & reverentiâ [quâ par est] insistendo profiteor, me haud alio sensu quidquam hoc in libro referre, accipere, aut accipi ab ullo velle; quàm quo solent ea, quæ humanâ duntaxat auctoritate (non autem divinâ, Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut sanctæ Apostolicæ Sedis) nituntur; iis tantummodo exceptis: quos eadem sancta Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

F. Engelbertus Pauck.

††† 3

PRO-